

**Konditionalsätze: weitere Beispielsätze** (Hausaufgabe)

1. gaudeo etiam si quid ab eo abstulisti, et abs te nihil rectius factum esse dico. Verr. II,4,37
2. quid est quod planum fieri testibus possit, si hoc non fit. Verr. II,1,127
3. Verres cum in convivium venisset, si quicquam caelati aspexerat, manus abstinere, iudices, non poterat. II,4,48
4. Accipite, si vultis, iudices, rem eius modi ut amentiam singularem et furorem iam, non cupiditatem eius perspicere possitis. Verr. II,4,38
5. De quo si paulo altius ordiri ac repetere memoriam ... videbor, ignoscite. Verr. II,4,105
6. quod iste si portare potuisset, non dubitasset auferre. Verr. II,4,119
7. Si iudex non esses et haec ad te delata res esset, te potissimum hoc persequi, te petere, te agere oporteret. Verr. II,4,70
8. Absens si esset iste damnatus, non tam sibi consuluisse quam invidisse vestrae laudi videretur. Verr. II,1,4
9. Etenim si haec perturbare omnia ac permiscere volumus, totam vitam periculosam, invidiosam, infestamque reddemus ... Verr. II 1,38
10. Si vero ad humanos casus incertosque motus valetudinis sceleris etiam accedit insidiarumque consensio, quem deum, si cupiat, posse opitulari rei publicae credamus? (Marc. 23)
11. De quo si vos vere ac religiose iudicaveritis, auctoritas ea, quae in vobis remanere debet, haerebit; **sin** istius ingentes divitiae iudiciorum religionem veritatemque perfregerint, ego hoc tam adsequar, ut iudicium potius rei publicae, quam aut reus iudicibus, aut accusator reo, defuisse videatur. Verr. I,1
12. Omnes enim, qui ad illa arma fato sumus nescio quo rei publicae misero funestoque compulsi, **etsi** aliqua culpa tenemur erroris humani, scelere certe liberati sumus. (Marc. 13)
13. non enim tua culpa est si te aliqui timuerunt, contraque summa laus, quod minime timendum fuisse senserunt. (Marc. 20)

Konditionalsätze

11.1.2010

si – nisi – etsi

sin – quodsi

dum modo

licet

**Irrealis** i.d.R. kein Problem

(wenn es so wäre, aber es ist nicht so)

1. Quae si diceret, tamen ignosci non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis in tantum adductus periculum videretur. Verr. II,2,70

2. Quod si quam audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. Verr. 1,2

3. Credo: sed tum id audirem, si tibi soli viveres, aut si tibi etiam soli natus esses. (Marc. 25)

(Realis) **Indefinitus** :

„Wenn der Zug Verspätung hat, rufe ich dich an.“ kann sein, kann nicht sein  
wenn ... (in dem Falle, dass es passiert, und es kann durchaus passieren oder nicht)

1. Reus est enim nocentissimus; qui si condemnatur, desinent homines dicere his iudiciis pecuniam plurimum posse; sin absolvitur, desinemus ... (Verr. II 1,6)

... wenn er verurteilt wird (*in dem Falle, dass das passiert, und es kann passieren*)

... wenn er aber freigesprochen wird

2. Hoc si vobis ideo levius videtur, quod putatis onus esse grave et incommodum iudicare, intellegere debetis ... (Verr. II,1,22)

... wenn euch das recht einfach erscheint (*in dem Falle, dass das so ist, und es kann durchaus sein*)

3. Si te magnitudo malefici, si hominum existimatio non movebat, ne illud quidem cogitabas ..., (Verr. II,1,87)

... wenn dich ..... das nicht beeindruckte, (*und es ist durchaus möglich, dass es dich nicht beeindruckt hat*)

4. prohibe, si potes, si habes qui te audiat, si potest tibi dicto audiens esse quisquam.

II,1,114

verhindere es, wenn du kannst, wenn du jemanden hast ...

### Potentialis

*wenn es denn sein könnte, und es ist nicht sicher, ob die Möglichkeit besteht*

huius modi haec res est ... ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam (si fieri possit) quam privatus esse videatur. (Verr. I,13)

?? si fieri potest

?? si fieri posset

hi te homines auctoritate sua sublevent? qui te neque debent adiuvere si possint, neque possunt si velint; (Verr. II,4,20)

De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi laedendique sint, ... II,1,155

?? si volo

?? si vellem

An iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Quo maiore etiam (si fieri potest) apud vos odio esse debet, quam est apud populum Romanum, cum in avaritia, scelere, periurio, vos sui similis esse arbitretur. (Verr. I, 14)

Nunc ego, iudices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis. ... Si utar ad dicendum meo legitimo tempore, mei laboris industriae, diligentiaeque capiam fructum (Verr. 1,11)